



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio V. Quibus personis malefici queant nocere?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

incendij causam, quantum illius loci municipes apud Friburgi magistratum, quae urbs illinc abest octo milliariibus Germanicis) renunciauerunt, talem fuisse rumor est. Daemon sibilosignum dedit è quadam adiuua parte. Caupo suspicans esse furem, ascendit, neminem reperit: Sed idem signum rursus ex alto coenaculo redditum est. Et huc descendit, caupo, furem persequens. Cum nec illic quicquam appareret, sibilus auditus est è fastigio fumarij. Illico tetigit cauponis animum, esse demoniacum quiddam.

Iubet suos esse praesenti animo, accersiti sunt Sacerdotes duo. adhibitus exorcismus, respondit se esse demonem, rogatus quid illic ageret, ait, se velle eruere oppidum. Minutibus sacrificiis respondit, se pro nihilo ducere minas illorum. quod alter esset scortator uterque fur. Aliquando post mulierulam, qui cum habuerat consuetudinem annis quatuordecim: cum interim illa quod annis confiteretur, et acciperet Eucharistiam: sustulit in aerem, imposuitque fumarij fastigio: tradidit ollam: iussit, ut inuertet, inuertit, et intra horam totum oppidum combustum est.] Hæc ille, nec admodum multi sunt anni cum per Rhenanum tractum incendiarij quidam grassabantur: qui in aliorum domibus, gladium, hastam, scipionem, vel quid aliud caloris aut ignis expers deponabant: atque mox post aliquot horas inde prorumpens flamma, quasi ex malleolis, ædes ablumebat.

SECTIO V.

Quibus personis malefici queant nocere

CUM Draco ille antiquus vsque ad iudicij diem mansurus sit legatus, à nemini potest nocere, nisi cui

A Deus permiserit, & quantum permiserit D. Leo, Et cum eis (inquit) nihil amplius in quenquam liceat, quam iustitia diuina permiserit, quae dignatur suos aut corrigere disciplina, aut exercere patientia, agunt, tamen verisimilissima arte fallacia, ut ex arbitrio propria potestatis, aut cadere videantur, aut parcere: & multis (quod dolendum est) ita per nequitiam simulationis illudunt, ut quidam illo timeat pati insensos, & velint habere plures cum beneficia demonum omnibus sint nocentiora vulneribus. quia tutius est homini inimicitiam diaboli meruisse, quam pacem.] Serm. 19. de passione Domini. Ut porcos subiret, à Christo veniam petijt, nec mendaces facere Prophetas Achab, nec Iobum Affligere d' sine diuina potuit permissione. Hæc obta, non est potestas, qua comparari queat ei. super terram. e Quare, cum per dæmonem damna malefici inferant: sequitur illis omnibus eos nocere posse, cui ne noceant Deus non prohibuerit, Defendit autem Deus omnes sincere sperantes in se: liberat eos de laqueo venantium, & à verbo aspiro, à timore nocturno, à sagitta volante in die, ab incurso & dæmonio meridiano, & tribuit virtutem, super aspidem & basiliscum ambulandi, & conculcandi leonem, & draconem, f hoc est superandi omnem vim, & effugiendi omnes insidias principum tenebrarum.

Dico igitur primo. Deo permittente quod in seqq. etiam præsuppono) fœderatus dæmonis inferioris possit nocere dæmonis superioris fœderato, non virtute sua, sed accepta licentia vi: quia dæmon ille superior non potest resistere diuinae voluntati. Alioque, si Deus sinat eos agere iuxta legem ordinariam, duntaxat possunt fœderati dæmonis supe-

b. Matt. 23.
v. 31.
63. Re. 11.
v. 22.
d. Iob. 1.
v. 12.
v. 13.
v. 14.

fp. 30. 7.
p. 613.

rioris nocere inferioribus, vel aequalibus: quia lex ordinaria est, qua Deus sinit illos agere in inuicem quantum possunt: maleficorum vero robur & potestas dependet à potentia demonis cum quo pactum habent. sic vetula malefica occidit iuueculam maleficam, apud Sprengerum g. sic finita saepe Magorum certamina cum alterius morte, vt docui lib. praeced.

2. Frequentissime solent nocere infanculis, Deo id permittente, quoad baptizatos quidem, quia sic à multis peccatis praeseruat in caelum rapiuntur felices, securi q; malitia non mutabit eorum intellectum permittit hoc etiam Deus in pœnam parentum, vel ad eorum probationem, teste D. August. h. Ante baptismum vero perceptum, non raro permittit illos Deus occidi, ne, propter, actualia peccata, quae commissuros videbat si viuerent grauiorem sibi damnationem acquirant: neque Deus propterea crudelis est, aut non iustus: quia propter solum originale peccatum mortē merebantur: Sane nondum ablutis vnda sacra videmus vt plurimum Dæmones insidias struere, & eorū nece gaudere: quia tunc, qui necant malefici, longe grauius peccant, & atrocius Deum offendunt. nam plane innocentes atque innocuos anima simul & corpore perdūt, praesertim si liberos proprios, quos & dæmoni offerre, & occidere saepe solent striges: sicut olim faciebāt Cananei, & cultores Molochi, & Barbari nostris temporibus Indi Temixitiani. Narrantur in hoc genere infanticidij immania facinora Baronis cuiusdam Armorici, à Nicol. Iaquerio h. & Sagæ Helueticæ à Sprengero l. Cur vero potissimum tam teneræ ætati noceant, multæ sunt causæ. hæc

Aetas est imbecillior ad resistendum, est incautior ad cauendum: nequit eorum conatum deprehendere. vel reuelare, vel accusare, petunt etiam ab his instrumenta maleficorum. nam persuasum habent, si certo numero corda infantium exciderint & comederint, se patientiam omnium tormentorum consecuturas adeo, vt ad confessionem criminum perducere non queant m: cōficiunt quoq; ex corpore illud vnguentum suum, quod Grilander dicit vocari in Itali, vnguentum Paganum.

Dico 3. haud dubie quando naturalibus venenis vtuntur, aequè possunt (Deo tamen permittente) bonis hominibus nocere ac malis: de facto tamen saepius nocet malis & peccatoribus, quā iustis & bonis. Quoniam Deus plus saepe iuris tyranno largitur in mancipia, quam in Dei filios & amicos: quibus ipsis tamen interdū nocere permittit, propter maius bonum eorummet, qui patiuntur.

De iudicibus & iustitia ministris praecipue quaritur an & his nocere queant: vulgo decātata, & à nonnullis etiam doctis recepta opinio est, ex speciali priuilegio his cōcesso, nō posse a. hi duabus rationibus vtuntur, vnam petunt ab experientia & euentu, sed ista nec perpetua & vniformis est, nec nunquam fallit. aliam rationem addit Ananias, quia si nocere possent iudicibus, viderentur aliquid in ipsum Deū iuris habere, quia ius haberent in illos qui Dei funguntur officio. ratio ista valeret, si absolute, & non limitate ex Dei permissione, id possent: nūc quia potestas ista tota pender à nutu Dei permittentis, parum solida ratio est. Nonne in ipsum Christum, qui iudex

H h

ipiorum

n Binesfel.
in l. mulier.
C. de ma-
f. 9. 2.

a Grill. q. 7
n. 39 Ana-
nias l. 4. de
nat. dæm.
Rom lib. 1.
dæmono-
lat. c. 2.

g. p. 9. 2.
principali.

h lib. 21. de
ciu. Dei.
c. 14.

i Lenu. 18.
v. 21. P. fal.
105. v. 37.
4. Reg. 23.
v. 10. ler.
12. v. 35.
k flagelli
sajcinario
v. ca. 15.
ld p. 2. q. 1.
c. 13.

Mat. l.
v. 31.
53. Re. 11.
v. 12.
d Iob. 1.
v. 12. h.
2. v. 6.
e Iob. 4.
v. 14.

ff. 30. 5.
5. 6. 13.

ipforum dæmonum est, potuit diabolus & Iudæi atq; Romani eius membra, adeo vt & in crucem egerint: nõne Iob, rex erat & iudex, & tamen priuatus cunctis opibus fuit, & vlcere pessimo corpus à dæmone obtectus: quis tamen inde inferat, in Deum ipsum aliquid iuris habuisse dæmonem? sane nullus, quia sciunt omnes, hoc quicquid potestatis fuit, id de super à Deo Patre luminum fuisse concessum. Sed & sic dari dæmoni nunc posse à summo iudice, & tamen in hunc illi propterea nihil iuris proprii, sed delegatantum competeret. Proferuntur quædam exempla, inter quæ

lib. vlt. formicæ ij auctor b, de publica vero iustitia (inquit) omnes malefici, qui supra, & verbo & experientia testimonium dederunt, quod eo ipso, quod per reipubl. iustitie officiales, capiuntur, statim omnis maleficorum eneruatur potestas. Vnde cum saepe hunc iudex Petrus, anrefatum Stadelcm, capere vellent per suos famulos, tantus tremor r. anibus eorum incussus est, & corporibus, & naribus illapsus tam malus fuit, vt se desperarent, an maleficum inuadere auderent. Quibus iudex ait, secure miserum inuadite, quia publica tactus iustitia omnes vires perdet suæ nequitie.] Niderius itaque censuit, non ante hanc vim iudicibus ex priuilegio cõpetere, quam reo capto. Monstreletus quoque lib. 4. Chronicorum de Ede-lino agens id videtur confirmare. At tamen si diuinum priuilegium foret cunctis iudicibus concessum, cum Dei perfecta sint opera, & executionis iustitiæ, tam necessaria, tamque principalis pars sit ipsa captura: non dubito, quin & ad illam extendere-tur. quare neq; ad illudendum fatel-litibus capientibus maleficium valit-urum: Arbitror potius hic Petri fir-

A mam in Deo fiduciam ei fuisse auxi-lio, quam priuilegium illud. Quid? quod Sprengerus ipse refert, & nos retulimus, etiam in ipso rogo sententia iudicis damnatam lamiam solo anheliu carnifici leptã intulisse, cum ipsa leprosa non esset? Et cum Parisijs ante annos triginta degerem, fama publica ferebat famosum Magum (quem saepe vidi) nomine Magistrum Goninum, cum propter facinora varia ad laqueum damnatus fuisset, sic illulisse iudicibus, vt pro ipso viderint appētam patibulo, primi Præsidis mulam. Nihil adfirmo, sed hoc fama dispersum saepe audiui: certe ille iudicio superuixit.

Prudentius itaque Ananias c. hoc priuilegium restringit ad eos iudices, qui hoc digni nomine, qui Deum præ oculis habentes recte riteq; suo funguntur officio. nam quos auaritia excæcat, quos trahit ambitio, quos crudelitas vel vindictæ amor agit qui curiositate adducti perperam multa designã, hos, ait, crebro sic à dæmone excipi & impeti, vt aliquando necem non euadant, idq; ac non paucis accidisse. Satis hoc verisimile mihi videtur, & diuina cõgruum prouidentia atque iustitiæ, peculiat is tamen priuilegij, ne quoad hos quidem, vllum diploma puto existare. Quamobrem cenfeo, iudicium pietatem, firmitatem fidei, & iustitiæ zelum hoc à Deo vt plurimum impetrare: quæ quia desunt quibusdam, etiam eos hoc peculiari scuto Deus denudans, noxã exponit. Accedit quod ipsimet dæmones vltissima hæc sua mancipia ignibus tradi non modo nõ moleste ferant, sed frequenter etiam iudicibus quasi in manum tradant. cur igitur iudici noceat, qui reũ dam-nari & occidi optauit: vnde igitur in-

quæ

quæ ortæ hæc opinio: Duplicis generis hæc sunt maleficia. quædam nocendi vim naturalem non habent: talia frequentius vtuntur. quædam vim habent physicam exitialem: talia Deus non permittit daemone fati suggerere contra iudices, vicarios Dei: vel si talia permittit suggerere, facit tamē vt alia illa præferant, aut vt naturalibus non vt oportet vtantur, atque ita fiant irrita. Quod cum sæpius exper-
 B
 ta, confitentur se iudicibus nocere non posse. & quibus possent: nisi Deus impediret, vel concursum cum maleficis rebus suum cohiberet. Plura pete ex lib. 5. sect. 7. litt. D.

QVAESTIO VI.

Cur Deus patiat̄ sic maleficos rebus sacris abuti.

QVAESTIONEM hanc mouet & soluit Grilland. q. 6. n. 19. ego hanc non exiguam vindictæ diuinæ partem existimo, punientis hominum peccata, & sic huius quaestionis eandem esse solutionem, quæ est sequentis, præcipuam tamen causam puro esse irreuerentiam ipsorum Sacerdotum & clericorum. valde Domini non eo in honore, quo oportet, habentium, nec seiplos castos & puros à libe peccatorum, vt decebat sanctificatos, exhibentium. sic enim prouocant in caput suum prophetica comminationem d. incensum abominatio est mihi. Neomenias, & Sabbarum, & festiuitates alias non seram. Kalendas vestras & solemnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molestia. laboraui sustinens, auferam sepem eius & erit in direptionem, diuinam maceriam eius & erit in conculcationem. e.] & quæ talia innumera in sacris literis.

QVAESTIO VII.

Cur per maleficia sic Deus permittat daemone grassari

CONSULI possunt de hac re Tritemius q. 5. l. 8. quaestionum, & laquerius flagell. fascim. cap. 18. cum seqq. causas easdē puto, propter quas solet pati hominem à daemone inuadi & possideri. hæc ex observatione veteris Historiæ possunt multa colligi, quæ ad duo capita fere possunt reuocari gloriam Dei, & hominum utilitatem. Quare non est mirandum, si (vt ait apud Bedam S. Cuthbertus. tali tormento non solum subiciuntur mali, sed occulto Dei iudicio aliquoties etiam innocentes, in hoc seculo, non tantum corpore, sed & mente captiuantur à Diabolo.]

Surius
ro. 2. f. 309

SECTIO I.

GLORIA Dei hinc augetur in nobis, quia sic attributa quædā gloriola Dei nobis manifestatur, ostenditur Constantia in decretis. quia vt hominem liberum creauit, ita libere sinit peccare, nec hæc libertatem impedit. cernitur etiam Suauitas in gubernando: quia cum etiam daemone liberum arbitrium dederit, violentum videtur semper impedire, quod diabolus naturaliter potest & optat summo opere: ideo sinit illum aliquando id perficere. Clementia in genus humanū hinc elucet, quia si quantum vult & potest diabolus nocere permitteretur, nemo illaesus esset, immo & homines omnes occideret, ideo Deus frequentius illi facultatem nocendi denegat, accedit, quod nec illos ad penitentiam recipere dedignatur, qui se pactis conuentis & data syngrapha daemone manciparunt. Nonne hæc summa est clemētia, cum vbi abundauit peccatum, super-